



Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. XXVI. De Monachorum baculo, & symbolica eius ratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

Clemens
sup.
 alioquin vetat Pædagogus Christianus mulieri, nudum pedem ostendere. Fuitq; veteribus Aegiptijs seuera huius rei obseruatio: vnde vt sine negotio mulieres domi detinerent, calceos eis substrahebant. Hoc enim facto necesse eis erat non pro-
Cassian.
Coll. 11.
cap. 2.
 dire, quibus capitale erat pedem nudum publico monstraſſe.

CAPVT XXVI.

De Monachorum baculo, & symbolica eius ratione.

1. Reg. 4.
Cassian.
Coll. 11.
cap. 2.
In Pra-
fat. ad
reg. S.
Pachomij.
BAculos quoque gestant (inquit Cassianus de Aegiptijs monachis) ad imitationem eorum, qui monastica professionis virtutes prefigurarunt in veteri Testamento. Hinc idem Cassianus descripturus Arsebij è monacho Episcopi iter, Sumpto (inquit) baculo & perà, vt illic cunctis viam ingredientibus monachis moris est. Et S. Hieronymus enumerans singula suppellectilis monachorum S. Pachomij, meminit

Baculi

ET MONACHORVM HABITV 177
*Baculi itineris socij. Rationem symbolicam
subiunxit Cassianus, Eâ nimirum gesta-
tione eos admoneri, ut nunquam inermes
incedant inter tot oblatrantium vitiorum
motus caninos, ac spiritualium hostium in-
uisibiles bestias.*

C A P V T XXVII.

*De pelle caprina. An illa in vita Hilarionis
significata per Tenatten. Cuius rei sym-
bolum sit.*

Pergit Cassianus. *Ultimus est eorum ha-
bitus pellis caprina qua melotes, vel pera
vocatur. Conformiter ad hæc constitutio
S. Pachomij. habeat ex his unusquisque pelle
caprinam confectam albam. sine eâ neque co-
medat, neque dormiat. Aliud hoc indumen-
tum à Tunicâ pelliceâ. Expressè enim
vterque tam Cassianus quàm Pachomius
de Tunicâ iam antea dixerat: hic quidem
sub nomine lebitonis, ille sub collobij. Do-
cetque apertè hoc discrimen Regula S.*

*Invis.
Patrum
in vit.
S. Pachomij. c. 22*

Z Pacho-